Castum esse, in proverbiis est quam nemo negavit,
minus certè quâ Gallorum Philtrum
Vel extremis labiis libat
Ideo quod in bona ARGENTINA
Ut pote quâ
Vix epotato hoc argentorato Gallorum poculo
Mente et ratione omni ita orbata est,
Ut
Non Virginis Os habitumque serens, arte et laborata
Veste ostroque superbo ultro incesserit
Sed
quo nova Helena Parisijs ad Stuprum advolanti suo Paridi
appareret lascivior
et ad meretricium expeditior
Substricta nisi uterum tenus papillas tanto libidinis
æstu et Ostro in amplexus eius rueret
quos
non longe post
Infectis Gallicæ luis contagio omnibus Membris
et totius Sanguinis massa
Mors concomitata est fœdissima
Huic
Ne Neonympho suo Ludovico scilicet ingrata moreretur
Eum
Omnium bonorum tam mobilium quam immobilium possessionum, Iurium
prætensionum, Fundamentorum fortalitiorum, ærarij et armentarij, mundi etiam
Muliebris et Germanici
Hæredem scripsit
atque
Argentoratum Scutum Gallicum iugum pro
accepto argento ratum habere
Tum etiam
Si Diis placet post breve temporis Vicinis Consobrinis
Suis minus sobriis et iam pridem iisdem artibus
inebriatis et dementatis
fidei commissaria Succussione transmittere iussit.